

Ill^{me} ac R^{me} Dne D.in Christo obser^{me}

Cum se in viam Romanam daret Florentius Cerclaes scholarum nostrarum Bruxellae alumnus, optimi nobilis filius, has illi dedi Ill.
ac R^{mae} D.V. reddendas, quibus duo ago: unum, ut agam gratias pro
5 favore tam raro, quem in promotione huius adolescentis ab Ill^{ma} D.
V. experti sumus, alterum ut supplicem eidem, ut nomine huius urbis,
quae hoc vestro humanitatis exemplo, melius erga collegium
hoc afficietur, dignetur paternumsum affectum atque curam erga
hunc puerum, si quando opus esset continuare. Si enim intelligat
10 se sub talis viri protectione vivere, facilius abstinebit ab iis
vitiis, quae adolescentes in libertate maiore constitutos, et a parentum oculis remotos, solent tentare, et ad malos actus trahere.
Nos sic spero experiemur Ill^{mae} D.V. liberalitatis fructus; parati
illi servire animo promptissimo, ubicumque se obtulerit occasio.
15 His me Ill^{mae} ac R^{mae} D.V. sanctis sacrificiis et precibus commendo.
Bruxellae die 25 Augusti 1612.

Ill^{mae} ac R^{mae} D.V.

Servus in Christo

Thomas Saillius.

20 Ill^{mo} ac R^{mo} Dno D.Cardinali Belarmino D° in Chro obser^{mo}.
(cachet S.J.)
Romae.